



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 40. Cardinalis Bertrandus mortuus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

tini in Montibus erigi curaverat, omnino venerati sint. Obiit Romæ die duodecima Augusti Anno Christi millesimo quingentesimo sexagesimo, ætatis vero suæ sexagesimo nono, sepultusque est in præfato tumulo apud S. Martinum. Is vix Arianensis Episcopatus possessionem acceperat, cum illico anteriorem suæ Ecclesiæ Cathedralis partem restaurari curaret, eamque sacro ritu Divino cultui dedicaret: pariter etiam Episcopale Palatium, necnon Abbatialem Ecclesiam ad S. Agnetem ruinæ proximam pristino suo decori restituit.

Sæcul. XVI.
A.C. 1560.

§. XL.

Cardinalis Bertrandus mortuus.

Quarto loco venit Joannes Bertrandus natione Gallus, Tolosæ natus, ubi ejus Pater nomine Bernardus Bertrandus de Villeles Tolosani Senatus Procuratorem agebat, postea vero Joannes ejus filius primus ejusdem Senatus Præses in hac dignitate tantam sibi laudem comparabat, ut meritorum fama ad Annam Montmorentium Connestabilem delata ad istius preces Parisios a Francisco I. vocaretur, ibidem primi pariter Præsidis honore auctus, ac demum Anno Christi millesimo quingentesimo quinquagesimo primo Regii sigilli custos nominatus.

Ciaccon.
p. 857.
Aubery l. c.
Frixon in
Gall. purp.

Hist. Eccles. Tom. XLIII. Qq mina-

Sæcul. XVI

A C 1560

minatus per plures annos hac dignitate fulgebat, postea tamen uxore sua orbatus Sacræ militiæ nomen dabat, ubi primo Convennarum Episcopus, ac deum ad Henrici II. Regis preces Senonensis Archiepiscopus Anno Salutis nostræ millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo nominatus est, ab eodem Rege in Germaniam ablegatus. Tandem cum Henricus, & Guisus Dux, qui copiis ab eodem Henrico II. Pontifici in opem contra Philippum II. Hispaniæ Regem submissis præerat, id a Paulo peterent, Bertrandus Anno post Christum natum millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo Mense Martio ab eo Cardinalium Collegio adscriptus est, nonnisi tamen exeunte Anno millesimo quingentesimo quinquagesimo nono in Italiam venit, ubi Romæ magni habitus conclavi, in quo Pius IV. fuerat electus, interfuit, atque accepto titulo S. Priscæ unus ex septem illis Cardinalibus, quibus Caraffarum causa erat demandata, a Pontifice seligebatur. Postea a Rege tanquam legatus Roma ad Venetam Rempublicam specialiter decernebatur, cumque suum in Gallias reditum pararet, Venetiis die quarta Decembris anno a partu Virgineo quingentesimo sexagesimo supra millesimum morte interceptus obiit, ibi-

ibidem in Ecclesia S. Stephani apud Sæcul XVI.
A.C. 1560.
 Fratres Eremitas D. Augustini sepultus.
 Habuit is antea uxorem Joannam de
 Baras, Mirabellensem & Villemuranam
 Nobilem, ex qua tres proles, unam
 masculam, & duas filias susceperat.

§. XLI.

*Roberti Cenalis Abrincensis Episcopi
 obitus.*

Inter Scriptores Ecclesiasticos, qui hoc *Possevinus
in appar.
Sacro Bar-
tel de Episc.
Rejens. San-
Marth.
Gall. Christ.
Dupin Bibl.
des Aut.
Eccl. t. 16.
p. 30.*
 eodem anno rebus humanis vale-
 dixere, primus recensetur Robertus Ce-
 nalis origine Parisiensis, qui in ejus-
 dem Urbis Facultate Theologica Anno
 Christi millesimo quingentesimo decimo
 tertio Doctor creatus, postmodum Anno
 millesimo quingentesimo vigesimo tertio
 a Francisco I. ad Vincianum Episco-
 patum nominatus est, eum tamen se-
 ptimo post anno cum Rejensi Ecclesia
 commutabat, a qua rursus promulgatis
 decretis Synodicis ad Abrincensem, seu
 Abriconensem sedem Anno millesimo
 quingentesimo trigesimo secundo trans-
 latus fuit, ubi Episcopali suo muneri
 tanta sedulitate incumberebat, ut resi-
 duam temporis partem variis lucubra-
 tionibus, quibus Rempubicam litera-
 riam locupletabat, consecraret. Scri-
 psit præprimis latinam Franciæ Histo-
 riam, quam duobus tomis comprehen-
 sam